

fides. Bibliis 1532. 1534. 1540. 1546.

*Censura*, Hæc propositio hæretica est.

Fateor certè, fidem historicam, qua dæmones contremiscunt, fidẽ vocari. Sed ego cum Iacobo loquor, qui fidẽ, quæ operibus vacua est, mortuã esse asserit, cap. 2. c. 17. Quòd si verum est illud Pauli, Ephes. 3. c. 17, Christum habitare in cordibus nostris per fidem: Itẽ illud Petri, Act. 15. b. 9, Fide purificari corda: Itẽ, Fide placere homines Deo, Heb. 11. b. 6. Item, *In* fide nõ ficta esse bonam conscientiam, 1. Timoth. 1. a. 5: Item illud Prophetæ Habac. 2. a. 4, Iustum fide sua victurum: & quicquid passim de fidei virtute prædicat Scriptura: sequitur nõ esse verã fidem, quæ Christo caret, quæ homines in sua immunditie relinquit, quæ nec Deo cõciliat homines, nec viuificat. Sed venerandis patribus calum ruere videtur, nisi fidem suam informem mordicus retineant, qua Christiani sint absque Christo.

Psal. 31. a. 4.

Artic. 10.

*Annotatio*, Sela, in fine huius versus ponitur, vt ostendat sententiam hanc notandam qua docemur quomodo peccad. iiii.

7